

1237, maig, 12

Sentència del bisbe en causa d'apel·lació de Jusiana, esposa de Pere de Cervera, contra Arnau de Vilademan, que declara legítima l'apel·lació i reforma sentències anteriors de la mateixa causa.

ASD núm. 116, perg. orig., 285 x 165 mm, carta partida. Còpia: *Llibre de Capbrevacions de Setcases*, núm. 7, ff. 8-10.

Orta questione inter dominam Iusianam ex una parte et Arnaldum de Uillademan ex aitera super honore de Toralliis et de Septemcasis, posuit Amallus predictus honorem predictum sibi debere restitui cum fructibus inde perceptis, ratione cuiusdam sententie a Berengario de Albuciano iudice ordinario late inter ipsam dominam Iusianam et dominam Raimundam de Montecluso, Guilielmo Umberto marito eius existente procuratore in causa illa, et hoc ideo quia Guilielmus de Montecluso, filius predicte Raimunde, de predicto honore predicto Amallo de Uillademan donacionem fecit et cessionem, quod domina Iusiana negavit, et iudex mandauit utriusque parti quod iurarent de calumpnia. Cumque pus(sic) multas deliberationes habitas et iuramentum de calumpnia prestitum ab Amaldo de Uillademan dictum fuisset a iudice domine Iusiane quod iuraret, ipsa iterum dilationem petuit ad iurandum, quam cum ex habundanti habuisset, ad diem ueniens prestitit iuramentum et requisita per iuramentum a iudice quod diceret ueritatem noluit respondere, imo iterum deliberacionem pecuit sibi dari, et sic iudex tamquam contumacem condemnauit eandem, a qua sententia domina Iusiana appellauit, in qua appellatione archidiaconus de Rogationibus et Bemardus Constantinus sententiam protulerunt, quorum sententia postea per Iohannem de Mercatallo extitit declarata et fuit admissa appellatio domine Iusiane et fuerunt dati iudices ab archidiacono de Rogacionibus Bemardus Constantini et Guilielmus Feltreii, in quorum presencia partibus constitutis domina Iusiana per iusiurandum negavit supradictam sententiam ex qua agebatur ipsa sciente fuisse latam, et excipiendo proposuit quod sententia fuit lata ipsa absente et graui infirmitate detenta et per impressionem inimicorum suorum; item quod rei litigiose cessio fuerat facta Amallo de Uillademan; item alia ratione dicebat sententiam non ualere quare propter inopiam probacionum Berengarius de Albuciano detulit iusiurandum condam Guilielmo Umberto, secundum quod in eius sententia appetit, contra quod iusiurandum repertum erat instrumentum de nouo et ideo causa debebat ex integro agitari. Que omnia cum fuissent negata ex parte Amalli de Uillademan, iudices interloquendo pronunciarunt quod domina Iusiana probaret. Cumque recepte fuissent attestaciones et publicate, iudices supradicti in hac questione seruato iuris ordine sententiam protulerunt, a quorum sententia utraque parcium ad dominum Guilielmum, Dei gratia Gerundensem episcopum, appellarunt et dominus Gerundensis episcopus Bernardum de Prato sibi associouit. Partibus igitur in eorum presencia constitutis, Orta questione inter dominam Iusianam ex una parte et Arnaldum de Uillademan ex aitera super honore de Toralliis et de Septemcasis, posuit Amallus predictus honorem predictum sibi debere restitui cum

fructibus inde perceptis, ratione cuiusdam sententie a Berengario de Albuciano iudice ordinario late inter ipsam dominam Iusianam et dominam Raimundam de Montecluso, Guilielmo Umberto marito eius existente procuratore in causa illa, et hoc ideo quia Guilielmus de Montecluso, filius predicte Raimunde, de predicto honore predicto Amallo de Uillademan donacionem fecit et cessionem, quod domina Iusiana negauit, et iudex mandauit utrique parti quod iurarent de calumpnia. Cumque pus(sic) multas deliberationes habitas et iuramentum de calumpnia prestitum ab Amaldo de Uillademan dictum fuissest a iudice domine Iusiane quod iuraret, ipsa iterum dilationem petut ad iurandum, quam cum ex abundanti habuisset, ad diem ueniens prestitit iuramentum et requisita per iuramentum a iudice quod diceret ueritatem noluit respondere, imo iterum deliberacionem peciit sibi dari, et sic iudex tamquam contumacem condemnauit eandem, a qua sententia domina Iusiana appellauit, in qua appellatione archidiaconus de Rogationibus et Bernardus Constantinus sententiam protulerunt, quorum sententia postea per Iohannem de Mercatallo extitit declarata et fuit admissa appellatio domine Iusiane et fuerunt dati iudices ab archidiacono de Rogacionibus Bernardus Constantini et Guilielmus Feltrerii, in quorum presencia partibus constitutis domina Iusiana per iusiurandum negauit supradictam sententiam ex qua agebatur ipsa sciente fuisse latam, et excipiendo proposuit quod sententia fuit lata ipsa absente et graui infirmitate detenta et per impressionem inimicorum suorum; item quod rei litigiose cessio fuerat facta Amallo de Uilademan; item alia ratione dicebat sententiam non ualere quare propter inopiam probacionum Berengarius de Albuciano detulit iusiurandum condam Guilielmo Umberto, secundum quod in eius sententia appareat, contra quod iusiurandum repertum erat instrumentum de nouo et ideo causa debebat ex integro agitari. Que omnia cum fuissent negata ex parte Amalli de Uillademan, iudices interloquendo pronunciarunt quod domina Iusiana probaret. Cumque recepte fuissent attestaciones et publicate, iudices supradicti in hac questione seruato iuris ordine sententiam protulerunt, a quorum sententia utraque parcium ad dominum Guilielmum, Dei gratia Gerundensem episcopum, appellarunt et dominus Gerundensis episcopus Bernardum de Prato sibi associavit. Partibus igitur in eorum presencia constitutis, fuerunt ostensa omnia acta que fuerant in prioribus iudiciis actitata. Nos igitur Guilielmus, Gerundensis episcopus et Bernardus de Prato, cognoscentes de appellatione predicta, auditis rationibus utriusque partis, uisisque instrumentis et attestacionibus et sententiis diligenter examinatis et renunciacione, allegacionibus et probacionibus facta, iudicamus cessionem siue donacionem de honore de Septemcasis et de Toraliis factam a Guilielmo de Montecluso quondam Arnaldo de Uillademan ratione rei litigiose cum libellus non fuissest oblatus, irritari non debere. Item iudicamus sententiam a Berengario de Albuciano latam non ualere, cum lata fuerit domina Iusiana iusta causa infirmitatis absente, et per consequentiam sententias alias que exinde processerunt ab Raimundo de Beteto et Guilielmo Feltrerii et Bernarda Constantino et Iohanne de Mercatallo et coniudice suo prolatas infirmamus, et ideo Arnallum de Uilademan condempnamus et dominam Iusianam in possessione pignoris quod habet in dicto honore remanere iudicamus. De testamento autem Raimundi de Uillamulorum cum nichil sit actum, nichil dicimus uel iudicamus. Item iudicamus appellationem a domina Iusiana factam eo quod iudicatum

esset contra eam dum infirmaretur ualidam esse et in eo quod non fuit iudicatum rem litigiosam esse non ualere et ideo dominam Iusianam condempnamus. Appellacionem quam Arnallus de Uilademan eo factam quia iudicatum fuit in tribus partibus dicti honoris dominam Iusianam pignus habere, sententialiter reprobamus. Appellacionem autem ex eo factam quod instrumentum pignoris non exhibebatur eidem ut uideret si fructus essent computandi in sortem ualere pronuntiamus et exhibicionem ipsius instrumenti fieri iudicamus.

Actum est hoc .III. idus may anno Domini .MCCXXXVII.

Sig+num Gulielmi, Dei gratia Gerundensis episcopi*. (s. *man*) Bernardus de Prato subscribo*

(s. *man*) Ollarius, notarius domini episcopi hoc scripsit, die et anno quibus supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 244-246